

Für Sakramentskapellen. Beleg: Nr. 1162.

Sacratissimum corpus domini nostri Iesu Christi, qui de hoc mundo transiturus ad patrem ad passionis et mortis sue memoriam carnem suam in cibum et sanguinem suum in poculum exhibuit populo christiano, decet christifideles pro devotionis reminiscencia venerari et "panem angelorum celestem"¹⁾, quo nos spiritualiter reficit, veluti nostre peregrinationis, qua redimus ad patriam, viaticum devotis mentibus ex intimis precordiis adorare. Cupientes igitur (*usw. wie* Nr. 965 Z. 3-14, *doch fehlt et patroni* Z. 11).

¹⁾ Ps. 77, 24f.

Etsi cuncte ecclesie.

Nr. 970

Für Heilig-Kreuz-Kirchen; s. Frankl, Papstschisma und Frömmigkeit 103. *Beleg:* Nr. 1299 und 1331.

Etsi cuncte ecclesie et loca sub sanctorum fundata vocabulis digne revereantur et frequententur a christifidelibus, illa tamen maiori veneratione et devotionis frequentatione convenit honorari, que constructa sub vocabulo sanctissime crucis, in qua salvator noster Iesus Christus de hoste humani generis triumphavit et quos ille sine fraude pretiosi sui sanguinis sparsione dignatus est liberare. Cupientes igitur (*usw. wie* Nr. 965 Z. 3-14).

Derselbe Grundtext in der Variante für Michaelskirchen (s.u. Nr. 1252):

Etsi cuncte sub sanctorum vocabulis fundate ecclesie digne ac reverenter a christifidelibus frequententur, illas tamen maiori veneratione convenit honorari, que sub beati Michaelis archangeli sunt constructe vocabulo, qui de hoste maligno triumphans celestis exercitus militie obtinet providentia divina primatum. Cupientes igitur (*usw. wie* Nr. 965 Z. 3-14).

Inter sanctorum solemnia.

Nr. 971

Für St. Johann-Baptist-Kirchen; Frankl, Papstschisma und Frömmigkeit 102. *Beleg:* Nr. 1539.

Inter sanctorum solemnia sancti Iohannis Baptiste nativitas eo solemnius est veneranda, quo ipse de alvo sterilis matris procedens fecundus virtutibus, sacris eulogiis et facundus fons apostolorum labium et silentium prophetarum in terris Christi presentiam caliginantis mundi lucernam ignorantie obiectis tenebris inibi preconio et iudicis signo mirifice nuntiavit. Cupientes igitur (*usw. wie* Nr. 965 Z. 3-14).

Etsi quibusvis (quibusdam) ecclesiis.

Nr. 972

Für Hospitäler. Beleg: Nr. 1628 und 2053.

Etsi quibusvis ecclesiis in necessitatibus subvenire velimus, illis tamen amplius afficimur, que ad Christi pauperes recipiendum fundate existunt, ut sic spiritalis thesauri munere dotate fideles ipsi devotioribus animis ad illas inclinentur. Cupientes igitur (*usw. wie* Nr. 965 Z. 3-14).

Varianten Nr. 1628: 1 quibusvis: quibusdam 2 munere: munimine.

Zeitgenössische Berichte über die Legationsreise.

Nr. 973-977

Die von Zeitgenossen abgefaßten, teilweise recht ausführlichen, Tätigkeiten und Äußerungen des NvK oft sehr detailliert wiedergebenden Berichte, die sich über längere Abschnitte der Reise erstrecken, sind, soweit sie chronologisch eingeordnet werden können, auf die jeweiligen Daten verteilt worden. Sie enthalten indessen auch über die Einzelereignisse hinausgehende allgemeine Reflexionen und Wertungen, die sich einer solchen Zuordnung entzie-